MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE
Klosterneuburg, um 1300/1460 Seite 257r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



consenserint sup terram de omni re quacumque pecie
rint fiet illi a patre meo qui in celis est. Ubi enim
duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi
sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum
dixit. Domine quociens peccauit in me frater meus
et dimittam ei? Usque septies? Dicit illi ihesus. Non
dico tibi septies sed usque septuagies septies.

Hec dicit dominus deus. Fr. iiij. l. l. exodi.

Honora patrem tuum et matrem tuam. ut
sis longeuus super terram quam dominus deus tuus da
bit tibi. Non occides. non mechaberis. non furtum
facies. non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium
non concupisces rem proximi tui. nec desiderabis uxo
rem eius. non seruum non ancillam. non bouem non
asinum nec omnia que illius sunt. Cunctus autem
populus audiebat uoces et lampades et sonitum bu
cine montemque fumigantem et pertriti ac fauore con
cussi. steterunt procul dicentes moysi. Loquere
tu nobis et audiemus te. Non loquatur nobis dominus.
ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum.
Nolite timere. Ut enim probaret uos uenit deus.
et ut terror illius esset in uobis. ut non peccaretis. Stetitque
populus de longe. moyses autem accessit ad caliginem
in qua erat deus. Dixitque dominus preterea ad moysen. Hec di